



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.


Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



De
JURISPRUDENTIA
HYPOTHETICA //

feu
PHILOSOPHIA VETERUM
JURISCONSULTORUM
&

inde ortâ Antinomiâ Juris Civilis

Disertatio prior

Quam

ad benevolam Magnif. Philosophorum ordinis concessionem
in celeberrima Regia ad Viadrum

P R Æ S I D E

M. GEORG. NATHANAEL
KISTMACHER,

JUR. CAND. PYRITZ. POMER.

publicæ omnium disquisitioni

ad d. XX. Octobr. A. R. S. c1o Iccc XXIV.

horis locoque consuetis

subjicit

Respondens

LUDOV. CAROLUS ANDREAE, LL. Cult.

Cüstrino - Neo-Marchicus.

Francofurti ad Viadrum,
Litteris Joh. Christoph. Schwartzii, Acad. Reg. Typogr.

INLUSTRIVM ATQVE EXCELLENTISSIMORVM
VIRORVM BIGÆ
GENEROSIS ET GRATIOSISSIMIS MÆCENATIBVS
DOMINO
MARQUARDO
LUDOVICO

LIB. BAR.

de PRINZEN,
S. REG. MAJEST. BORUSS.
MINISTRO STATUS INTIMO,
SUPREMO AULÆ REGIÆ MARESCHALLO,
CONSISTORII PRÆSIDI,
RERVM ECCLESIASTICARVM, ET FEUDALIVM
DIRECTORI,
ORDINIS NIGRÆ AQVILÆ EQVITI,
ET
ACADEMIÆ VIADRINÆ CURATORI SUPREMO,
CÆTERA.

nec non

DOMINO
BOGISLAO
de CREUTZ,

S. REG. MAJEST. BORUSS.

MINISTRO STATUS INTIMO,

SANCTIORI REI MILITARIS CONSILIARIO,

ET

SUMMI, QUOD BEROLINI EST, REI MILITARIS, REDI-

TUUM PUBLICORUM ET DOMANIORUM

DIRECTORII, PRÆSIDI VICARIO,

Patronis maxime observandis

hanc

de

JURISPRUDENTIA HYPOTHETICA

commentationem Academicam

cum Voto

Vitæ & felicitatis perpetuæ

veteri clientum more

inscribunt

PRÆSES, & RESPONDENS.

VIRI

INLUSTRÉS atq; EXCELLENTISSIMI.



Non pauci suos dum ingenii foetus Mæcenatibus consecrant, id sibi datum opinantur, ut vel incondita adulatione in laudes excurrant, atque Encomiasticis sustineant personam, vel inter suspiria & anhelitus profuturas sibi emendicare conditiones, pudore haud suffundantur. Utrumq; minus conveniens putavimus semper, atq; ita alienum ab indole Dedicatum, ut si vel maxime Vestri esse materia favoris cupiamus, aliâ non cupiamus ratione, ac intelligi possit, nos horum, his qui devii inrepunt, neutiquam consecrari vestigia. Vobis ergo Viri illustres levidense hoc de Jurisprudencia hypotheticâ exercitamentum dum offerimus Academicum, rationes quibus inducti, alio exputasse videri nolimus sine, quam ut unice hoc ipsum esset argumento, nos Vestræ benevolentiaë materiam non aliter conniti, nec prius;

ac,

ac, id quod Vestro permittimus iudicio, unô altero probati ingenii documento, eâdem censeri digni queamus. Juxta cum cultu, & devotâ in Vos pietate, quam religiosô & æternô asservabimus pectore, nunquam non divinum venerabimur Numen, ut in illô sanctiori fastigiô, Vestra, quod Vobis virtus imposuit, quodque novis magis, magisque amplificastis auctibus, inter lætissimos rerum omnium decursus, salvi consenscatis atque incolumes

*Industrium atque Excellentissimarum
Dignitatum Vestrarum*

Devotissimi Clientes

M. GEORG. NATHANAEL KISTMACHER,
&
LUDOV. CAROLUS ANDREÆ.

P R Æ F A T I O .



Quantum ex literaturâ elegantiori, studii-
que Philosophici pen-
nitiori cultura in doctrinis altio-
ribus situm sit emolumentum,
nemini obscurum videbitur, ip-
sas qui sublimiores adierit scien-
tias, inque illis haud perfuncto-
rie, atque ultra eruditorum vul-
jus esse versatum sibi finem con-
stituerit. Illi enim qui hisce bene
excultum studiis caput extra cal-
caneum gerunt, confidentius cu-
jusvis studii stadium decurrunt,
nulla itineris quod ingrediuntur
remo-

remora impediti, atque longe felicius scopulos præternavigando & Syrtes portum consequuntur. Non decet stylum ad propriam laudem convertere, possem alioquin meomet expertus exemplo commonstrare amplius, atq; testatius facere, quantum subinde hisce unice innixus adjumentis allevationem adinvenirim, in illo quoque literarum genere, quod dispar fuit, atque à meis sejunctum studiis. Ita sane est, ut qui humaniores non defugiunt literas, artesque politiores excolunt sollicitius, multo ad reliquas scientias facilius contin-


tingat aditus, vel saltem illis non
tardentur offendiculis & impe-
dimento, quod ex illarum negle-
ctu objicitur Càve credas his
sine subsidiis sperari posse quid
eximii, adeo ut, quod sibi ex re-
conditæ eruditionis fama omni
perennius monumentum exstru-
xere Viri doctissimi, his unice
fulcris nitatur. Si quæ tamen a-
lia, Juris certe doctrina obscurior
est, & crassis intertexta tenebris,
hoc nisi lumine collustretur. Illis
hodiernum adhuc Justitia legibus
administratur, quarum sensus
multa laborat difficultate., non
raro ex remotæ antiquitatis ritu,
&

& speciali Veterum extricandus
disciplinâ, quæ cum non esset u-
na, dissensui & inde in Jure ortis
Antinomiis dedit originem. At-
que hoc ipsum est, quod multo-
rum exercuit industriam, qua
leges conciliare obstantes sunt
annisi. Ad unum omnes tende-
re metam; Sed diversis semitis &
gressibus. Alii nimia erga D. Ju-
stinianum reverentia abrepti, o-
mnes eliminare Antinomias, alii
conciliare, alii easdem fusque
deque ferre. Qui nullas admit-
tunt legum contradictiones, ni-
hil aliud faciunt, quam quod Ju-
stinianum & Tribonianum, ho-
mines

mines ab omni errore lapsive
pronuntient immunes; id quod
tamen hominum conditioni re-
pugnat. Ex spissâ vero nube il-
lorum, qui obvias tollendi repu-
gnantias artem tradidere, Mer-
cerius in Conciliatore, ut nemo
alius se commonstravit idone-
um. Soli tamen tantummodo
hic liber, iisque egregiis præce-
ptis absolvitur, digitumque sal-
tem intendit Cap. VI. p. 125. ad
componēdos legum dissensus ex
Veterum Jure Consultorum Phi-
losophiâ. Dignum ergo visum
est hoc argumentum disquisiti-
one Academica, atque hoc quic-
quid

quid est Schediasmate, in quo ho-
ris subsecivis elaborando, quam
nobis Fautores & Amici libro-
rum subsidiis allevationem præ-
stitère, publicâ hac gratæ mentis
testificatione, demerendam du-
ximus. Multa tamen adhuc nobis de-
fuère adjumenta scriptorum, quos hu-
jus deposcebat Thematis evolutio, ut
adeo quicquid neglectum deprehen-
datur, alteri velimus servatum Disserta-
tioni, quicquid erratum æquius lecto-
rum sibi Judicium expetat Neque e-
nim ita nos removimus ab errorum
confinio, ut eorundem nostra hac o-
pella contineri nullos arbitremur, po-
tius memores in Apellea etiam Tabula
Virginis peccasse sandalium.

Com-



Compendia.



E diversis olim jam Philosophorum Familiis. Quarum diversa instituta dissensui inter Ictos dedere origenem ad interpretandas Juris Romani Leges, nosse juvat, quibus earundem autores Philosophorum additi Familiis fuerint. Frustra sunt qui secus existimant sine Historiæ Philosophicæ adjunctis antiqui juris investigare rationes counixi. Studia politiora, & inprimis acutioris doctrinæ Historia omnium assensu legibus interpretandis inserviunt. Ergo scire expedit quo in pretio olim studium philosophandi fuerit. Quæ inter philosophos secta reliquis palmam fecerit dubiam & quæ veteris philosophiæ vestigia conspiciantur. Non statim cum ipsis urbis initus tradi philosophia cœpit. Neque ejusdem auspicia ad regii tempora regiminis rejeceris. Poetæ tunc primi qui sapientiæ promoverè studium annisi. Tandem publicæ scholæ sunt erectæ. Ex quibus IV. eminûere præ reliquis. Stoicorum

A

corum porticus majoris commendationis censebantur. *Ea-
rundem pretium statua Cleanthi majorum gentium Stoico
posita subindicat. Panætius Stoicus insignis innumeros nactus
assecras. Cujus philosophandi ratio illorum temporum statui
apprime erat conveniens. Quo pertinet Scientia ἀληθείας
καὶ ψευδῶν à qua sapienti ducendum initium agebant.
Stoicorum in Tyrannidem invectivæ. In Aristocrati-
am favor. Urbis incrementa ex disciplina stoica promotæ
inprimis commendatione Matrimonii. Sedula hominis & civis
officiorum Explicacione; quæ ad nostrum Systematis philoso-
phici conceptum conferri non debet. Potius ex communis Boni
publici respectu æstimanda. De philosophia veterum Jctorum
fragmentis intertexta. Compluria ejusdem Vestigia ipso jam
Tit. de Just. & Jur. In Definitione Jurisprudentiæ. L. 2. ff.
de LL. In humanitatis & mutue benevolentia commendatio-
ne. Ad Doctrinas Stoicorum hominem esse in fructu negatur.
Usuras natura non provenire sed percipi Jure; Quæ subsit
ratio quod Veteres Jcti annum XIV. pubertati desiniverint
ostenditur. Cur Αυτοσυγκρίαν certa ratione esse licitam dixe-
runt. Filius etiamsi Patrem occiderit. Foetum non Animal;
sed portionem Ventris Materni esse. Controversiæ specifi-
cationis ad §. 25. J. de R. D. non nisi ex hypothese Stoica illu-
strabuntur. Idem Sentiendum in doctrina de furtis. Ca-
strati cur Morbosi dicantur. L. 7. de ædilitio, Edicto;
& Filius Familias transfuga reverti prohibeatur L. 19. §. 7.
ff. de capt. & postl. revers. & denique fundamentum indicatur
quo LL. II, §. 5. & XIV. §. 4. ff. de Munerib. & Ho-
norib. inmituntur, non nisi petendum à Stoicis. Dissert.
Epilogus.*

Qui iter suscipiunt ad loca tendentes dis-
 sita, diversis nec eodem modo semitis in-
 cedunt. Hi dum per invia Pelagi velo-
 ciores ad portum contendunt, alii pericu-
 losum hoc rati, tutiores per sylvas
 malunt, & elatos montes incedere. Spernunt via-
 rum anfractus, qui nullo iisdem oblatae varietatis
 amore ducuntur, cum aliis contra, quorum ani-
 mus vicissitudine, rerumque copia afficitur, itine-
 ris compendia displiceant. Alii per flores, prata,
 amoenumque nemus obambulant, alii contra mul-
 to cum sudore & tædio præfixum vitæ spatium de-
 currunt; Ita quoque in studio Veri & Boni apud
 Grajugenæ Romulidæque nationis philosophos
 non unus omnium gustus fuit, unave quam tenu-
 issent doctrina sed alii ab aliis recedere, & in oppo-
 sitas ire sententias. Qui ad philosophiam stoicam
 hunc studiorum omnium finem erat edoctus, ut
 vitam emendet, (a) non poterat non tenues & hu-
 miles subtilitates (b) respuere, in quibus Aristotelici
 cum voluptatis sensu proficiebant. Non quidem
 est Sapiëntia, nisi una, unave veritas; sed Philantia,
 vanus-

(a) SALMASIUS in præfatione, quam Simplicii Comment.
 in Enchir. Epicteti præmisit: Cum dolore atque animi
 morsu potius, quam voluptatis sensu tractari vult disciplina
 Stoica, proficere quippe in ea volenti finis lectionis is esse debet;
 non ut titilletur; sed ut emendetur, conf. omnino Justi Lip-
 sii Manu duct. ad philosoph. Stoic.

(b) Ceu Attico vocantur apud Eusebium præparat. E-
 vangeli. Lib. I. Cap. 5. λεπτή καὶ ταπεινή δριμύτης.

vanusque gloriæ consequendæ honor, quæstus & proclivis mortalium ad dissentiendum lubido, in tot classes factiones, familias, studia & opiniones diversas ejus cultores divisit, ut inter horologia facilius quam inter philosophos semper convenerit, adeo ut adposite sit dictum à non nemine: Nullam deprehendi tam stolidam opinionem, nullos ve tam infelicis excludi potuisse super abundantis ingenii abortus, quæ suos non adinvenerint admiratores & affectas. Et ita porro, qui ad Jurisprudentiam animum adplicuere, ad unum tendentes scopum nempe Justitiam, non omnes ejusdem fuerunt animi; sed diversæ Sectæ, diversæ scholæ quibus quisque erat addictus, diversas Jurisprudentiæ opiniones induxerunt. (c) Alii Jus summum alii æquitatem magis in animo habuerunt, hinc Ulpianus in Definitionibus Juris remissior, & ad æquitatem pronior; Paulus contra severior & religiosior adparet.

§. II

Ad hanc diversam philosophandi rationem, (d) in diversam quoque abire coepisse familiam Veteres

(c) Vid. Christ. *Bartensteinium* Argentorat. de causis corruptæ Jurisprudentiæ p. 91.

(d) Quæ adeo erat diversa, ut quum nondum è curia & foro quasi exterminata esset Eloquentia vocabulò hoc omnem negotiosæ philosophiæ ambitum complecterentur; Sub augusto oratoris nomine intelligentes, Virum vere civilem, & publicarum privatarumque rerum administrationi adcomodatam, qui regere consiliis urbes, fundare legibus, & judiciis emendare posset. Tam late apud Romanos non modo; sed apud Græcos pariter, (unde multa populi

teres Jctos suo pte resultat, si id saltem verissimum, ut est fueris arbitratus, antiquissimis temporibus non accessisse legum cultores, ad comparandam sibi civilis sapientiæ notitiam, nisi largo philosophiæ flumine essent inundati, atque adeo cum ex Juris prudentiæ & philosophiæ morales connubio, quod arctissimum cognoverant, illas quisque elicere connixus esset Juris conclusiones, quas suo convenientes existimabat principio philosophico totidem numero exinde necessum erat suborirentur factiones, & sectæ, ac inter Magistros disconveniebat, qui altioribus fundamenta studiis ponebant. inter omnes vero sectas nulla, Sabinianorum & Proculjanorum celebrior est, cujus frequens in nostro Juris corpore mentio apprehenditur.

§. III.

Tantum inter est in explicando Autoris sensu, eruendis que eodem continentur implicatis hypothesis, scire quis fuerit, qua vixerit ætate, in quibus excelluerit studiis, quo eadem præceptore acceperit, ut hæc qui nesciverit, vel plane non, vel saltem non æque mentem affecutus præsumi possit; ac is qui eorum omnium habuerit notitiam, pari ratione, qui legibus Juris Romani interpretandis animum intendunt, nisi earundem conditores noverint exactius, illudque imprimis teneant cui quisque familiæ fuerit addictus, næ illi frustra erunt in genuino Legum investigando respectu, qui sub iisdem delitescit, aut saltem fundamentum ignorabunt,

A 3

cui

Quiritum instituta) oratorii muneris fines porrigebantur.

cui Veterum Jctorum recepta nostris foris placita inædificantur.

§. IV.

Felicius ergo hoc qui stadium decurrere gestiunt, id sibi datum negotii existiment, ut ne Philosophiæ ejusdemque Historiæ adjumentis destituantur, sine quibus Jus civile nec disci, nec recte doceri potest. (e) Hæc sunt illa necessaria subsidia sine quibus civilis hujus sapientiæ crescit difficultos, & objectis veluti scopulis inpervestigabilis redditur, ut adeo à recto aberrare tramite dicendi sint, illam qui sibi opinionem obrepere patiuntur, ut fallaci inducti lenocinio proficuum omnis philosophiæ, ejusdemque historiæ allevationem ad pernocendam Juris disciplinam minus necessariam existiment. Neque nisi cum detrimento & maximo cupidæ Legum Juventutis damno illa non raro in Academiis profutura philosophiæ subsidia negliguntur, saltem historica cognitio istius, quæ Veteres Jcti usi sunt. (f)

§. V.

(e) Elegantissimum est *Ulrici Huberi* monitum, necessariam studii philosophici atque elegantioris literaturæ culturam sapienter suadentis, in oratione de studio Juris recte & prudenter instituendo his verbis: *Ne quis animum ad Jurisprudentiæ cultum adjiciat, ante quam philosophiæ maximeque humaniorum literarum studio se ad graviorem disciplinam rite præparaverit.*

(f) Cujus necessitatem recte subindicat fulgentissimum Academiæ Halensis atque totius orbis literarii fidus *Justus Henningius Boëhmerus* in eruditissimo programme de philosophia Veterum Jctorum

§. V.

Hoc porro omnium consensu illa in studio Juris ex liberalioribus disciplinis firmatur allevatio, ut qui hic adhuc testimonium velit, nihil aliud desiderasse videatur, quam solem in meridie. Prostant celebratissimorum Jctorum scripta, in quibus ad fatiem plenis quod ajunt horreis suppeditari videas rationes, quibus hujus studii commendationem, immo necessitatem inculcant. Ex Miriadibus unicum audivisse non displicebit *Mercerium* ex tenerrimo erga Filium adfectu in Conciliat. p. 17. Sic scribentem: *Noli fili hoc Tibi persuadere, quod plerique juvenum parum esse subsidii in liberalioribus disciplinis ad ceteras consequendas, properandum ad eas, in quibus vitam trahere & traducere decretum est; secus est omnino, qui primis illis apprime imbuti fuerint, viam sibi ipsis faciunt inoffensam, & apertam, ut vel ductore carere possint.* (g)

§. VI.

Atque hoc ipsum est quod ex consideratione speciminis de Veterum Jctorum philosophia (h) luculentius

Stoicâ, *Illud* inquit, à plurimis jam observatum fuit, multum adjumenti adferre interpreti, cognitionem, variarum hypothesium, ex quibus Jcti Romani conclusiones suas deduxerunt.

(g) Præterea conferri merebitur peculiaris *Ulrici Huberi* oratio de literis humanioribus, cum Jurisprudèntia conjugendis *Franeckeræ*. 1682. 8.

(h) Autores quorum opera, & laudatissimi ad hunc finem conatus ex parte collineant, aut eundem saltem attingunt, potiores hi sunt: *Christianus Otto à Bæckelen.* de diversis familiis Vet. Jct. & de orat. princip. *Philip. Slevogtii* programma de philosophia Papiniani.

culentius patefcet, in cujus elaboratione hoc modo fumus verſati, ut quo in pretio apud Veteres JCtos philoſophandi fuerit ſtudium, primum oſtendatur, dein quam ex variis philoſophorum ſectis, Stoica imprimis formæ Reipublicæ & Jure conſultorum ſtudiis fuerit conveniens, denique quæ ejusdem in Veterum JCtorum fragmentis veſtigia conſpiciantur.

§. 7.

Juſt. Henning. *Bochmeri* programma de philoſophia JCt. Stoicâ. *Everhardi Ottonis de Stoica Veter.* JCtorum philoſophia, ejusdemq; oratio de verâ & non ſimulata Jurisprudencia. *Cornel. van Eck* oratio de religione & pietate Veter. JCtorum. *Jo. Sam. Hering* Diſſert. de Stoic. Veterum Romanor. Jurisprudencia, qui vero pleraque Ottonis ſua fecit, *Jo. Barbeyracii* orat. de Stúdio Juris recte inſtituendo. *Ulrici Huberi* Dialogus de ratione Juris docendi & diſcendi. *Jacobi Maſterti* Diſſert. de imminuendo labore Studii Juridici. *Job. Heinr. Bergeri* Manuſc. ad Studium Juris. *Johan. Schilteri* curſus ſtudiorum civilium. *Antonii Schulſtingii* oratio de Jurisprudencia hiſtorica. ſupra jam adducti *Huberi* orationes tres de Studiis Juris rite prudenterque inſtituendis, & cum elegantioribus literis conjungendis. Atque hi ſunt imprimis quos contulimus, quorumve hinc inde obſervationibus, & meditantis profecimus id quod exemplo *Plinii* palam profiteri ingenui pudoris eſt. Si tamen quis hæc noſtra qualiacunque cum aliorum, qui in eodem argumento; Sed ſaltem quadentenus fuère occupati, conferre industria fuerit dignatus, deprehendet, non pauca hæc noſtra contineri elaboratione, in quibus noſtro aliquid ingenio indulſimus, ſalvo tamen cujusvis meliora ſentientis judicio.

§ VII.

Non statim cum ipsis urbis initiis, per certa sapientiae dogmata, ad mansuetudinem & recti moris gloriam efformari coepit gens Romana; sed ubi primum urbis extendendi fines erant, & ampliandi, atque ab iisdem arcendi quoque hostium impetus, non prius de studio Veri & Boni, virtutisque, qui inde dimanat cultu cogitare licuit, modumque invenire, quo illorum insinuaretur animis, quos Martis arma, bellique motus, liberioris vitae conditione, & pravis non raro omnis generis illecebris corruperant; ac securitati cuncta essent restituta, civesque incertos coisissent ordines, deque Legibus inter se servandis convenissent. Eo enim quod proverbio dici solet, inter arma filere leges hoc insimul manifestum redditur, longe esse difficiliorem tunc ineundam spem, ut vel exterior cum norma iusti convenientia servetur, nedum praeter hanc interior animi rectitudo, certis doctrinarum praecipis promoveri possit. Id quod Germanorum quoque gente patuit, quam rebus belli gerendis longo tempore deditam, serius ad humanitatis & scientiarum culturam abductam refert *Tacitus*. de Situ, moribus, & populis Germaniae.

§ VIII.

Qui ergo ad Regum Imperii tempora, qui teste *Livio* primi urbem tenuere, salutaris philosophiae auspicia rejecerint, frustra erunt, quamvis negari non possit, illa quoque jam aetate, quosdam inter Optimates jam exitisse, qui ut ut salutaris philosophiae, illorumque salutis promovendae ardor nullum aut doctrinae, aut scripturae lumen habuerit, luculenta tamen sapientiae vestigia, vitae morumque rectitudi-

B

ne

ne exprimere annisi sunt; Ita quoque ipsi Reges omnis tunc jam liberalis disciplinæ laude claruerunt. Neque tamen nondum præcepta innotuerant populo, ex quibus tum publici tum privati juris normam dignovisset; sed in officio non nisi armis & potentia continebantur.

§. IX.

Mox vero urbem major aspexit felicitas, & relicta vitæ militaris asperitate, optimi quique, quibus meliori de luto finxerat præcordia, immo & cerebrum Titan, ad liberales artes excolendas, utilissimasque doctrinas figendas, summo inter se decertarunt studio. Atque hic sua defraudanda laude non est Poetarum natio, quæ fere prima ex optimarum artium doctrinis decus & gloriam sibi quæsit.

§. X.

Illi vero majori encomio supra cæteros eminent, qui publicas adaperire Scholas, atque ex certis principiis veræ felicitatis tradere axiomata instituerunt, inter quos iudicio *Tullii* (i) *Panætius* princeps habitus est, cujus enunciata Stoica, quæ vitæ potissimum emendationem respiciebant, cum discipulos & Sectatores invenirent bene multos magni postea nominis Antecessores, satis claros atque inlustres, (k) facili negotio concludi potest, quantum ad Stoicorum

(i) Lib. IV. Academ. Quæst. Cap. XXXIII. *Panætius princeps prope meo quidem iudicio Stoicorum.* & Lib. II. de officiis cap. XIV. *Quod scribere non auderem, nisi idem placeret gravissimo Stoicorum Panætio.*

(k) Omnes philosophiæ morali fuerunt addictissimi præsertim Stoicæ, quæ semper habita fuit vitæ dux, omnis

rum doctrinas pondus fuerit additum, & quanta illorum esse commendatio cœperit, qui iisdem imbuti summis admoveri muneribus fategerunt.

§. XI.

Quamvis vero sapientiæ studium vitio illorum, qui ad illud excolendum animum adjiciebant, in tot scissum dimicationes esset, atque suis quæque Familia defensoribus niteretur, quarum fere ad trecentas calculum subduxit *Marcus Terentius Varro*, ad IV. tamen præcipue officinas Sapientiæ, quicquid philosophatum est commode retuleris, *Academicorum* scilicet, *Peripateticorum*, *Stoicorum*, & *Epicureorum*, ad quarum Autores omnis pedetentim potestas doctrinarum devenit. Nobis hic ubi de philosophicis Veterum Jctorum placitis solliciti sumus, ostendisse conveniet, quæ ex his IV. Sectis caput extulerit, atque maxime floruerit apud Romanos.

B 2

§. XII.

virtutis indagatrix, & fida depositaria, atque expultrix vitiorum, à quâ nunquam si qua fides *Anneo Seneca*, recedit justitia, pietas Religio & omnium comitatus virtutum. quamque magis magnifico & maxime præclaro encomio maëtat verioris eloquentiz decus, atq; singulare Academiz Jenensis ornamentum Jo. Philip. Slevogtius in tersissima prolusione Academica de *philosophia Papiniani*, inquit: *Florebat eâ tempestate, (Antonius Cæsaris scilicet.) Stoicorum præcipue disciplina, ac gravissimorum hominum studio colebatur, quod sanctitate sententiarum, verisque vita monitis duceret ad contemptum rerum humanarum, & in adversis patientia firmaret animos, ac divinitate quâdam imbueret, quos nondum tumentes inani fastu, sui que ignaros & monitoribus asperos; sed modestos ac mitioris indolis accipiebat. In contemnenda cumprimis mortis formidine, inque amore justæ, ac rectæ, palam auferebat cæteris fortissima & sanctissima hæc Secta.*

§. XII.

Tantis scilicet philosophiæ Stoicæ studium auctibus maximorum quoque Virorum contentiones in Sui admirationem pertraxit, ut ejus pernoscendæ causa non molestum censuerint remotissimas adire Regiones; Ita, *Cneum Pompejum* Virum sui ævi præcipuum & *Ciceronis* sententia ad omnia summa natum, *Rhodum* insulam esse profectum, saltem ut *Posidonium* Discipulum *Panæti* videret, *Tullius* (l) & *Strabo* (m) referunt. Pari ratione *Cato minor* (n) ad *Athenodorum* acerrimum Stoicarum hypothesium Hyperaspiten, summa animi voluptate in longe distitas Asiæ Regiones migravit.

§. XIII.

Et nisi ex his jam constare posset de singulari Romanorum sub libera Republica erga *Zenonis* familiam adfectu, vel illa hoc perhiberet statua, quam Senatus Romanus *Cleanthi* Majorum gentium Stoico poni curavit, ceu diuturnum satis tanti encomii testimonium.

§. XIV.

Ex eo demum fortius adhuc pro asserenda philosophiæ Stoicæ præstantia argumentum depromitur, quod maximi illius temporis, hæc cum Secta effloresceret, Jcti eidem nomen dederint, atque tot ex Scholâ *Panæti* prodierint sectatores, ut eosdem

recen-

(l) dogma amplexus Tritum: Tamdiu sapienti Vitam (m) esse tenendam, quamdiu potest. vid. *Valer. Max. Lib. 3. cap. 1.* (n) Erat Stoicus adde *Plutarch.* in Vita hujus *Catonis* & cap. XXX. *Lib. VII. Hist. Nat. Plin.* dicitur Uticensis, non quod Uticæ in urbe Africa sit natus; sed mortem ibi invenerit. vid. *Aug. Buchneri not. ad Barclaj. JC. An.*

recensere omnes, res foret prolixissimi Catalogi quem per angustos Dissertationis limites, quos nobis constituimus, hic adponere non licet. Ex præcipuis tamen fuerunt *P. Rutilius Rufus* (o) *Q. Aelius Tubero* (p) *Sextus Pompejus*. (q) *Lucilius Balbus*. (r) *Servius Sulpitius*.

- (o) *Johannes Bertrandus præses Tolesanus Lib. II. cap. 8. p. m. 180. de Jurisperitis Judicio usus & verbis Tullii in Bruto seu de claris oratoribus, inquit: Doctus P. RUTILIUS RUFUS Vir fuit, & græcis literis eruditus, PANÆTII auditor perfectus in Stoicis, quorum peracutum & artis plenum orationis genus, sed tamen exile, nec satis populari assensionis adcommodatum, imitatus est.*
- (p) *Qui Offitio itidem Stoico operam dedisse Bernardino Rutilio in vitis Jurisconsultorum cap. XXXVII. p. 142. & Ciceroni severus, atque congruens cum disciplina Stoica dicitur in Bruto seu de claris oratoribus.*
- (q) *Hic non tantum Juris; sed multarum artium peritissimus erat. Cicer. inquit in Brut. SEXTUS POMPEJUS præstantissimum ingenium conculerat, ad rerum Stoicarum scientiam, & porro de ORAT. I. Si qua res incident, in qua de Natura, de Vitiis hominum, de cupiditatibus, de modo, de continentia de dolore, de morte dicendum sit, forsitan, si ei sit visum cum SEXTO POMPEJO erudito homine in philosophia communicabit. Addit magnum illud literarii orbis fidus GUIELIEL. GROTIUS Lib. I. Cap. VII. §. 3. p. 43. de Vitis Jctorum: Non mirum videri debet, quod posteriores Jcti Stoica disciplina addictiores fuerint, cum eorum antecessores non è minimis, eidem Sectæ nomina sua dedisse comperiantur.*
- (r) *Bernardinus Rutilius in Vit. Jct. Cap. XXIX. p. 128. dedit Lucilius Balbus Stoicæ philosophiæ operam, quâ in disciplina tantos progressus habebat, ut cum excellentibus in eo genere græcis comparetur.*

tius. (s) *Cascellius.* (t) *Trebatius Testa.* (n) *Pomponius* (x)
Ulpianus. (y) *Papinianus.* (z) *Paulus.*

(a)

- (s) Adolescentiæ annos Eloquentiæ Exercitationibus, & philosophiæ impendit, ejusque adipiscendæ gratia Rhodum est cum *Cicerone* profectus vide sis *Bernardinum Rutilium* in Vit. Jctorum Cap. XXXIII. §. 3. p. 131.
- (t) vel ut alii scribunt *Cælius* aut *Cassellius Aulus*, æqualis fuit *Trebatio* de quò inferius annotatione sequenti, & *Offilio* vid *Bernardinum Rutilium* in Vit. Jct. Cap. XXXVI. §. 1. p. 140.
- (n) Hunc fuisse Stoicum ex *Cicer.* Epist. 16. lib. VII. constare putant, quod tamen fortius evincit L. 21. D. de furt. quam recte & ut solet erudite ad mentem Stoicorum explicuit *Nicolaus Hieronimus Gundling* in *Trebatio* injuriis liberato §. 35.
- (x) Cûram habuit verborum, patriæ & consulatus suadebat contemptum, quæ omnia mentem subinducant Stoicam vide sis nostri eximie docti *Bernardi Reinholdi* orationem eruditissimam de *Sexto Pomponio* p. 22.
- (y) Vid. *Joh. Bernardum* de Jurisperitis Lib. I. Cap. XXII. p. 110. & L. 4. in fin. D. de Excus. ubi in eo quod Filii tutela remissionem det patri, & vice versa. *Antoninum Ulpianus* sequitur.
- (z) Niveus ille veræ philosophiæ custos in L. 8. §. 4. D. de Excusat. Tut. quem politissimus *Jo. Philip. Slevogtius* in elegantissima prolusione Academica de philosophia *Papiniani* ingens melioris orbis lumen vocat, quod sæculum suum & sinceram sapientiam collustraverit mirifice. Fuit *Cerbidii Scavole* (Proculegani & Stoici, ut patet ex L. quidam referunt D. de Jure codic.) præceptis & institutis eruditus. vid. *Jo. Bertrandum* de Jurisperitis Lib. I. Cap. 2. p. 37. adeas præterea elegantem & eruditam *Diatrib. Viri eruditissimi Everardi Ortho-*

(a) *Flavius. Arrianus* (b) & *Ælius Marcianus*. (c)

§. XV.

Magnam Philosophiæ Stoicæ apud Romanos fuisse commendationem celebratissimorum Virorum, qui eidem dedere nomen, recensioe satis superque constabit. Illa nunc porro nos sollicitos habebit consideratio, ut hanc philosophandi rationem illorum temporum statui, quibus ad provehendum urbis decus bonis & probis civibus opus erat maxime convenientem fuisse evincamus.

§. XVI.

Libera cum esset Respublica Romana, salus populi suprema in urbe Lex erat (d) suadente id ipsum doctrina Stoica omnis Tyrannidis, & rigidi dominatus impatiēte, quo digitum intendunt Tigellinus apud

nis de hujus Jctorum Coryphæi Vita studiis scriptis moribus & morte Lugd. Batavorum 1718. in 8avo, & Matthæi Wesenbecii exempla Jurisprudentiæ Lipsiæ 1585. 8.

(a) Qui adeo genium secutus est Stoicorum Grammaticis addictorum quæstionibus, ut nomen *penus* omnibus generibus sumi observet. L. 4. de pen. leg. vid. *Grotium de vitis Jctorum Lib. II. cap. X. §. 10.*

(b) *Antonini Pii* præceptor. Juratus fuit stoicus. vid. *Guiliel. Grotius in Vitis Jct. Lib. II. Cap. IV. §. 2 & 3.* qui hunc egregium æquitatis cultorem eundem esse putat cum *Arriano Nicomediensi Episteti* discipulo conf. L. 47. de obl. & act. qua paulus refert, *Arrianum* cum illis fecisse, qui procliviores nos monent ad liberandum quam ad obligandum.

(c) Qui tempore Severi Stoicam sapientiam summam appellavit. L. 2. D. de Legibus.

(d) Canente *Lucano* itidem Stoico Lib. 2. v. 380.

- - *Hi mores, hæc duri immota Catonis*

apud Tacitum (e) & Suetonius in Nerone. (f)

§. XVII.

Ut itaque illos Reipublicæ clavo magis. censebant idoneos, qui ad salutarem Panætii doctrinam formati, ad externam potius convenientiam cum Legibus attenderent, quam qui acute & spinose admodum, de interiori animi rectitudine disputarent; Ita hæc ipsis optima Reipublicæ habebatur forma, in quâ populus & optimates Regimini præficerentur. Erant enim uti supra §. 16. jam subindicatum est, Monarchici status procaces contemptores, adeo ut non minus mite imperium laudatissimorum Imperantium ac violentiam, nefandamque Despotici & rigidi Regiminis tyrannidem, pari licentia perstringerent, quo procul dubio erga Monarchas odio inductus *Chrysippus* (g) nullum ex septingentis quinque

*Seçta fuit, servare modum finemque tenere,
Naturamque sequi, patriæque impendere Vitam.
Nec TIBI, sed toti genitum se credere mundo.
Huic Epula, vicisse famem: magnique Penates
Submovisse hyemem tecto: pretiosaque Vestis,
Hirtam membra super Romani more Quirtis,
Induxisse togam. urbi pater est, urbi que maritus.
Justitia cultor est, rigidi servator honesti:
In commune bonus.*

(e) Lib. XVI. Annal. Cap. 22. *Ista Seçta Tuberoses & Favonios, veteri quoque Reipublica (i. e. principatui Regio, quem odio internecino persequerentur) ingrata nomina genuit, ut imperium evertant, libertatem præferunt.*

(f) Cap. 52. à philosophiâ (Stoicâ) eum mater avertit, monens Imperaturo contrariam.

(g) Qui ob dignitatem & præstantiam suam, quam invidendis Elogiis extollit. *Gellius* Lib. VI. c. 2. juxta cum

que voluminibus, quæ composuerat, Regis cujusdam inscribi nomini voluit.

§ XVIII.

Hi ipsorum mores ut ut non raro intempestivi fuerint, & nimium fastuosi dici mereantur, iisdem tamen Romanæ Reipublicæ libertas immane quantum crevit.

§ XIX.

Dicam ulterius aliis argumentis, nullas istis temporibus proponi cœpisse Philosophorum doctrinas æque Romanæ Reipublicæ adaptatas & congruas, ac Stoicorum. (b) Erat quippe ab eorum disciplina
C sum-

Marciano L. 2. D. de Legibus porticum fulcire existimatus est. vide sis *Cicer. IV. Academ. quæst. 24.*

(b) Dixeris IV. apud *Lucianum* in *Eunuch. Sectarum*, quarum doctrina in prætio fuerit, honorificam injici mentionem videlicet *Stoicorum, Platoniorum, Epicureorum & Peripateticorum*, atque tradi, unicuique Sectæ præmium fuisse æquale, adeoque æqualem omnibus commendationem, quâ Antistites, & patronos; sed vero ut hæc, quæ obijcis specie non destituuntur; ita vadimonium non desero, argumento adhuc innixus satis prægnanti, quo evinci potest, Sectam Stoicam cæterarum Reginam fuisse, & tantum non omnes, omni tempore sui habuisse admiratores & asseclas, quamvis forte unus, alterve ad aliam familiam deflexerit. Dispiciamus Sectas illas præstantiores singulatim, observaturi, mereatur ne, una ex iisdem nostræ conferri an minus? Atque *Pythagorica*, primum tanti esse non potuit, siquidem Pythagoræ parum Romanos gratiæ habuisse, vel illa subindicant, quod Anno circiter ducentissimo post exactos Reges ejus in Italia philosophumena incensa, atque extincta fuerint, vid. *Job. Schefferum de Nat. & Const. Philosoph. Ital.*

Summa, atque singularis Matrimonii commendatio,
ad

cap. XV. quæ antea jam itidem combuserat *Petilius* prætor teste *Plinio Lib. XIII. cap. 13. Livio Lib. XL. cap. 29.* perperam contradicente. Et si forte honos *Pythagora* habitus esset, qui fieri potuisset, ut statuam illi positam *Sylla* impune removisset. vid. *Plin. Lib. 34. cap. 6.* Academicorum hypotheses maxime erant steriles, nec quidquam valebant, ad societatis humanæ felicitatem; Omnem adeo sensibus externis fidem negabant, ut currum ab Equo discerni non posse statuerent, adeoque illorum, quos pluribus festive admodum depingit *Arrianus ad Epiet. Lib. 2. cap. XX.* minor non solum erat commendatio; sed quoque sine successore defecerunt, nullumque reliquerunt Antistitem, aut Patronum, adposite huc facit locus *Seneca lib. VII. Natural. quæst. Cap. XXXII.* quem sis confer. Qui ex *Cynicorum* atque *Diogenis* erant familia, illorum ut ut magnus esset proventus; ita tamen cum pejora belluis sæpe perpetrarent, existimatione dejecti sunt omni, ludibrium puerorum non raro experti, quisquis enim è vulgo erat - - - multum gaudere paratus, si *Cynico* mentum petulans *Sextaria* vellet, *Persius Saryr. I. in fin.* Neque *Stagyrita* tanta apud Romanos constitit autoritas, ut assertores esset nactus bene multos; sed ut ut in *Dialecticis* & naturali quoque philosophia *Stoicorum* Familiz præferri, mereri debuisset, illorum tamen temporum conditio, & maligna quædam fata hujus præstantiam, & æstimationem iverunt imminutum, adeo ut paucis fuisse cognitus legatur apud *Cicer. in Topicis ad Trebat. Cap. 1.* Eclectica philosophandi ratio cæteris præstantior paucos invenit affectas, & nisi eos, qui emunctioris essent naris, forte quia nunquam in mortalium Rebus illa fuit inspecta felicitas ut præstantiora arrisissent omnibus. Erant tamen inter

ter præcipuos, hoc qui philosophandi genus sequebantur. Cicero, Varro, Quintilianus & Poeta Venusinus ita de se ipso canens Lib. I. Epist. I. vers. 13.

*Ac ne forte roges, quo me Duce, quo lare tuter
Nullius additus jurare in verba Magistri,
Quo me cunque rapit tempestas, deseror hospes,
Nunc agilis sis, & mensor civilibus undis,
Virtutis vera custos, rigidusque satelles,
Nunc in Aristippi furtim præcepta relabor,
Et mihi res, non me rebus submittere cogor.*

Ut vero saniorum numerus exiguus, nihil quidquam Veritati & rectiori sententiæ obesse potest; Ita contra ex numerosa adhærentium caterva, pro probanda disciplinæ cujusdam præstantia, argumentum maxime invalidum desumitur. Est enim non raro consentientium globus, & conferminata turba pessimæ conditionis indicium, non secus ac in Academiis, de eruditione Doctoris, ex multitudine Auditorum male judicatur. Possem hic per convenientem digressionem quædam admiscere, de Adplausu in Academiis, & vulgi notare intemperiem ex constipata auditorum multitudine de Doctoris & Professorum judicantis eruditione; sed vereor ne sit saccus atræ loliginis, ne sit ærugo mera, inprimis si per exempla irem, & quam ex Decennio & amplius quod in Academiis exegi, mihi hæc de re opinionem experientia comparavi liberius edicendi licentiam sumerem. Vereor porro, ne hæc adeo longa fient, ut loquacem delassare Fabium possent, cum in dies nova nobis Exempla obveniant, non cessatura prius cac unus omnium gustus fuerit. Non est tamen hoc nostri tantum modo seculi vitium; sed ejusdem jam in Epicuræorum Secta deprehendere vestigia licebit. Hæc tanto ad se ingenia hominum numero pertraxit, ut si ex eodem, doctrinæ valorem æ-

(i) ad quod naturali homines ferri instinctu tra-
debant,

stimaveris, nihil nisi magnificum proditurum sit. Hanc voluptatis officinam ex præcipuis *Titus Lucretius*, *C. Cæsius*, *Pomponius Atticus*, *Vellejus Senator*, *Virgilius*, *Petro-
nius*, *Martialis* auxerunt; sed percipiendus hic est *Lactan-
tius* Lib. III. de falsa sapientia c. 17. inquit: *Epicuri
disciplina multo celebrior semper fuit, quam caterorum, non quia
veri aliquid afferat; sed quia multos populare nomen voluptatis
invitat. Nemo enim non in Vitiis pronus est, propterea ut ad se
multitudinem contrahat, adposere singulis quibusque moribus loqui-
tur: Desidiosum vetat literas discere, Avarum largitione liberat,
Ignavum prohibet accedere ad Rempublicam.* Collat. Laert.
Lib. X. Segm. 9. Cicer. IV. Acad. Quæst. & de Fin. at-
que hæc erant ejusmodi quæ Reipublicæ existimaban-
tur perniciofa, quamvis re vera sublimior, & omni-
no utilis doctrinarum respectus sub iisdem delitescer-
ret, id quod ansam dedit, ut ob nocivæ institutio-
nis suspensionem Alcæus, & Philiscus urbe sint ejecti
tanquam libidinis, & inertis defensores *Athenens Lib. XII.
Deipnos. Cap. Ælianus 1 ib. IX. cap. 12.* Ad hæc certum &
immutatum esse oportet Epicureos ad Regendam Rem-
publicam, & jus dicendum in Foro, tuendamque
communem felicitatem, parum idoneos existimatos
fuisse, quod magis esse verum credes, si attendas dili-
gentius, quibus argumentis *Tullius Trebatius* Jcto hanc
Sententiam disuaserit. indicavit mihi (verba sunt Cicero-
nis Lib. VII. ad Famil. Epist. 12. *Pansa* meus, Epicu-
reum Te esse factum. Præcipua ergo, quantum ad
moralia, philosophiæ Stoicæ Izus erat, quippe quæ
non poterat non placere Ethnicis, id quod celeberrim-
us *Schulterus* ut nemo alius ostensum ivit in Manu-
duct philosoph. moral. C. I. §. 5. seqq.

(i) Hinc est quod favorabilior fuerit causa damnato-
rum, si plures habuerint Filios, exemplum videre est

debant, non minus ac quodcunque animal, singulari & ingenito sui simile procreandi desiderio (k) tenebatur. Hanc vero ipsorum doctrinam si ex provido prudentiæ civilis respectu æstimes (l) quid ad urbis securitatem facere poterat magis, quam velle eandem reddi populosam, atque demestico fœcundam Milite, qui cum necessitas tulerit, reprimere insultus & audaciam posset.

§. XX.

Atque hinc factum est, ut in favorem Matrimonii certa, & mitioris etiam Juris decreta in Jurisprudentiam defluerint (m) quorum interiorem rationem introspicere non licebit, nisi iisdem ex dictis §. superiori lumen superinducatur; Ita nempe

C 3

pe

§. 3. L. cum ratio Digest. de Bon. Damnato. in Albino damnato, cujus liberi bonis paternis non excludebantur & subjicit causam Divus Hadrianus in Rescripto, quod h. extat L. se ampliari imperium, hominum adjectione potius quam pecuniarum copia malte. Pœnz minuebantur, ob liberorum numerum vid Tiracquell. tract. de poenis Causa. 27. Huc denique pertinet Metelli Numidici Oratio, de prole augenda, quam Augustus Cæsar, quum de maritandis ordinibus ageret, in senatu recitavit vid. Liv. Epit. Lib. 59. Sueton. in August. c. 74. Gellius Lib. I. c. 6.

(k) Hinc Maris atque Foeminz conjunctio inquit Imperator in limine Insit.

(l) Hunc politicum doctrinæ Stoicorum respectum Julianus Imperator Orat. VI. p. 185. his indicat verbis: Hoc philosophiæ genus (de stoico sermo est) proxime ad civitatum custodiam pertinet. adde Ulpianum Stoicum in I. I. §. 3. D. de J. & J.

(m) Vid. not. i. §. 19.

pe leges prostant, quæ Congujiorum, sobolisque habendam curam, (n) coelibatum poenis coercendum (o) & numerum liberorum præmiis, (p) aut stricti Juris mitigatione (q) remunerandum, & obeundem poenas avertendas volunt.

§. XXI.

Erant enim Juris Consulti, qui Stoicam fuerant amplexi disciplinam, aliis multo leniores, in decidendis quæstionibus & causis; non secus ac illorum quoque Imperatorum mitius fuisse imperium, observatum est, (r) qui à Stoicis doctrinas acceperant;

(n) L. 19. de Rit. Nupt. Jure scil. *pietatis*, ut habetur L. Nefennius de negot. gest. & officii ut extat L. Si pater dotem. C. de dot. promiss.

(o) Nota est Lex illa *Julia & Papia Poppea* quæ celibes & orbos poenis, maritos & Patres præmiis affecit.

(p) Sis confer quæ supra §. 19. not. (i) adduximus.

(q) Vid. *Tiraquellum* supra citatum §. 19. not. (i)

(r) Ita maxima Divi *Augusti* fuisse mansuetudo, & humanitas dicitur, quod ab *Athenodori* institutione pependerit, & Arium assumserit inter Amicos. Testes sunt Julianus in Cæsaribus inquit *Athenodore, curato alumnorum meum*, & *Zosimus Lib. I. cap. 6.* Neque est ut nobis contrarium objicias, in effreni *Neronis* dominatu, qui Seneca præceptore, animum itidem ad Stoicam disciplinam adplicuit; Fuit enim optimus quamdiu hujus consiliis, monitisque morem gessit. Tacit. Lib. XIII. Annal. C. 2. Quis Marcum Antoninum, ne cæteros requiram, ejusque exemplum, quò raræ virtutis expressit imaginem, digno satis elogio ornaverit? eo quod philosophiæ studiis stoicæ apprime imbutus, præter *Justitiæ*, & proni ergo bonos quosque animi laudem; Philosophi etiam, imo Philosophissimi à *Justiniano L.*

rant, quibus inde ab Augusto Imperatore Magnifica subinde stipendia sunt elargiti, quaque novæ illorum in gratiam in urbe exsurgebant Porticus, ex illis non nisi Viri justissimi, optimi Cives, Judices æquisimi, Testes religiosissimi prodierunt, ex quibus Nobilitas Magistratus, plebs Patronos. Pietas vindices, Lex custodes sibi poposcit, & rogavit.

§. XXII.

Constitit ex hæcenus dictis, nullius Sectæ placita Jurisprudentiæ æque fuisse consentanea, ac Stoicorum. Jam porro id adhuc evincere annitemur, iisdem carere non debuisse, nec potuisse saltem eos, qui ad Jurisprudenciam, ejusdemque leges interpretandas & dijudicandas serium adferrent animum. Quis enim est qui in Jctô non requirat, & maxime reputet necessarium, ut circa facta ad Leges adplicanda, ope Logices, genus disjungat, rem definiat, verum à falso discernat, ambigua primum videat, dein distinguat, ex circumstantiis, quarum vel minima legem variare dicitur, tum quod cuique conveniens sit, quid minus observet. *Jus Civile Romanum* inquit *Johannes Barbeyracius* magnorum meritorum Jctus, orat. elegantiss. auspicali de Studio Juris recte instituendo quam d. 9. Calend. Octob. 1717. habuit quum ordinariam Jurispublici, Privatique Professionem ingrederetur; nemo satis adcurate tractabit, nisi artem ratiocinandi calleat, & illius quendam habeat usum. Hoc subsidio destitutus quam facile vera fundamenta Legum vel non videbit, vel non bene capiet, easque proinde in singulis partibus, ad quæstionum expendendarum enodationem male

Ultim. Cod. de Repud. & l. penult. Cod. de his quibus ut ind. Novell. 22. c. 19. cognomen meruit.

male adhibebit, rationem Legis, & scopum Legislatoris, perperam alio detorquebit; Quae hinc omnino sequuntur, aut negliget, aut rejiciet; quae omnino adversantur in animum suum inducet, & aliis etiam obtrudere volet. Inutilibus inhaerebit, dum utilisima spernet. Confundet distinguenda, distinguet quae plane sunt eadem. Prima postremo, postrema primo loco collocabit. Ubi aliqua opus erit argumentorum per filum quasi deductione, periculum magnum erit, ne turbetur, & hiatus, aut pravam connexionem oriri sinat. Quorum omnium exempla adferre & invidiosum esset, nec instituti nostri ratio patitur; quum praesertim illa sic satis obvia sint. In praecedentibus dixerat: *Artem ratiocinandi ad Juris Studium ante omnia requiri vix monendum vel verbo foret, nisi multi ignorare viderentur, adeo illam contemnunt aut negligunt; Atque adeo non dubitabis Stoicorum Nationem in Dialecticis multum operæ & adjumenti posuisse, ut omnino vel unico; sed momentoso Euphratis Stoici apud Plinium (s) assensu, convinci debeas, accedentibus adhuc aliis testimoniis, infra not. 5. adductis.*

§. XXIII.

(s) Lib. I. Epist. 10. adfirmantis esse hanc philosophia Stoica, & quidem pulcherrimam partem, agere negotium publicum, cognoscere, judicare promere & exercere justitiam, quaque traduntur praecepta Dialectices, eorum habere usum. Cui adstipulatur Seneca de brev. vitæ cap. 10. ubi philosophiæ cathedra-riæ à vera discrimen indicat conf. prætreæ Laertium lib. VII. n. 181. Turnebum Lib. XV. adversar. Cap. II. Tullium Lib. IV. de Finib. & Lib. I. Acad. Quæst. Menag. Lib. I: Amoenit. c. I. Audiamus denique JCtum primarium in Academia Jenensi, nostri ævi Titum Aristonem 70. philip. Stevogram elegantissimo de Philosophia JCtorum programme 1681. in Acad. Jenensi affixo, iniquientem: *Ab eo tempore Stoici ex Socratis schola*

Conjungebant cum adcuratori Dialectices studio, quod JCtis necessarium fuisse diximus §. præcedenti, literarum humaniorum culturam (t) ex quâ

D

quid

per Zenonem Cirticum, auditorem Discipulorum Socratis, & tum Cynicorum tum Academicorum prodeuntes, magna solertia in eam Logices partem, qua de proposita quaestione, ut Boethius loquitur ex verosimilibus argumentis colligit, incubuere. Atque unicâ interjecta pagina hæc corroborare pergit, inquit: Solebant vero Stoici excepto Panatio ac Posidonio, nec non Ptolemaensi Diogene; quorum illi physicam, hic Ethicam priore loco ponebant; initium ducere ab arte disserendi, sive dialectica: quod ἀνωμαλίας τῆς διαλεκτικῆς futurum non esset, quin crebro sapiens laboraretur, destitutus doctrina ad vestigandum verum necessaria, & per quam haud secus, ac per lumen acies mentis dirigatur ad dignoscendam verum naturam, ac removendam erroris nebulam. Arrianus Lib. I. c. 17. Epicteti, eodem modo ait præmittere philosophos Logica cognitionem, qua mensura consideratio soleat ipsam frumenti dimensionem præcedere. Nisi enim ante constituerimus, quid sit modius, neque imprimis declaraverimus, quid sit libra: quo pacto jam metiri quidquam aut ponderare poterimus? Hic igitur nisi instrumensum, quod cetera judicamus & cognoscimus, didicerimus, & exquisitè cognitam habuerimus; poterimus ne quidquam cæterarum rerum indagare atque cognoscere?

(t) Senec. Epist. 88. & Cicer. inquit lib: I. de officiis Cap: VII. audeamus imitari Stoicos, qui studiose exquirunt, unde verba sunt ducta. Chrysippus Laertio Lib: VII. n. 200 libros septem de Etymologicis scripsisse dicitur. De Labacone refert Gellius Lib: XIII. cap. 10. eum in latinarum vocum originibus felicissimum & maxime exercitatum fuisse, eaque præcipue scientiâ, ad enodandos plerisque Juris loqueos fuisse usum. Atque hinc etiam est quod veterum JCtorum scribendi ratio pura sit, multifque resperfa elegantiss, de quibus legi merentur Geor-

quid etiam commodi & emolumenti (u) sperare licuerit, ad leges, edicta, senatus consulta, contractus, & testamenta bene intelligenda & explicanda, subinnet *Titulus de Verborum* significatione, quem *Justinianus* cum suo *Triboniano* Juris Systemati adjungendum duxit.

§. XXIV.

Hinc etiam pronum est causam subodorari, quæ impedimento fuit, quo minus Jurisprudentia per tot JCtorum libros dispersa, & diffensionibus confusa non prius *in luculentam erigi consonantiam*, ut cum Justiniano loquar, potuerit, ac tandem impenso Dialectices, & literarum humaniorum studio multum lucis affunderetur, ad pervidendum obscuras has commixtiones, & dissipandas tenebras cimmericas, quibus obvelatum erat Jus civile Romanum, de quo quærelam legas non unam Justiniani in Instit. Neque non Cice-

gii Casparis Kirckmayeri Elogia & Elegantiæ Latinitatis JCtor. Veter. ad Digesta Witteb. 1687. 4. & cum primis *Caroli Andrea Duckeri* opuscula varia de Latinit. JCtor. Veter. Lugd. Batav. 1711. 8. in quibus varias & diversas operas, puta *Laurentii Valle*, *Andrea Alciati*, *Francisci Floridi*, aliorumque qui faciunt ad elegantias Juris, videmus congestas, cum *Duckeri* animadversionibus.

(u) Justinianus in Constit. *Dedit nobis Deus* §. 1. in f. adducit, libros ff. seu D. ex eo adpellatos esse, quod Legum habeant divisiones vid. *Cuiacium* in paratit. ff. in præem. *Cic.* pro *Murana* cap. XI. ex singulis literis & verborum interpunctionibus non raro Juris dicendi adjuvamentum habuimus *Quintil. lib. V.* Instit. Orat. cap. XIV. *Cum etiam ipsi JCTi, quorum summus circa verborum proprietatem labor est, litrus audeans dicere, qua fluctus eludit.*

Cicero utilitatem immo necessitatem introspexit, quæ ex disciplinis Stoicis immineret Jurisprudentiæ (x) & quibus destitutus frustra esset in conciliandis contrariis sententiis, & concinnando certo omnis Juris Systemate. Multa ideo ornavit laude *Qu. Ælium Tuberonem, Panætii* Auditorem Stoicum, (y) quem quod Dialecticam percalluisset, dignum judicavit præ cæteris, ad Jurisprud. in certum redigendam ordinem.

§. XXV.

Illi porro de Vita & moribus normæ, qua omnes officiorum fontes ac tota societas continetur, unice intentos volebant sapientiæ deditos Stoici. (z) Atq; hoc ipsum est, quod mirifico Juris Alumnos studio allucit, huncque reportarent ex illis doctrinis fructum, ut tenerent adcuratius, quid administrandæ & tuendæ Reipublicæ conveniat, quid non? Qui Imperantium, qui parentium quoq; esse mores debeant,

D 2

&

(x) Prolixe easdem commendat in Bruto seu de claris orat. ubi præstantissimorum stoicorum catalogum nectit, hoc eorundem subjuncto Elogio: Sunt prudentissimi in judicando & differendo, & id arte faciunt, suntque Architecti pæne verborum.

(y) Vid. *Gell.* lib. I. cap. XXII.

(z) Primus qui hanc normam speculationibus prætulit, *Socrates* erat, à quò salutaris doctrinæ studium ad *Zenonem* devenit, cujus inde Discipuli, *Medici Majores, Rigidi custodes Virtutis, & Socratici* dicti. Audiamus modulamen *Persii Satyr. V. v. 36.*

*Me Tibi supposui, teneros Tu suscipis annos
Socratico cornute sinu: hunc fallere sollers
Apposita interros excludit regula mores.*

& officia, quibus constringenda cautelis potestas *Familis, conjugalis, & paterna*, quomodo de Legibus sentiendum & Justitia. Quæ præmia Virtutibus, & pœnæ delictis decernendæ sint, sine quibus Civitates aut esse, aut bene moratæ esse non possunt. Ex quo existimatu non est difficile, quô Jcti itarint agmine in Scholas Stoicorum. In illis enim philosophorum placitis suam ipsi doctrinam agnoscebant.

§. XXVI.

Non tamen à moderni philosophici Systematis conceptu, ad diversam longe tam remotæ ætatis tradendi optimas artes Methodum neci debet conclusio. (a) Erat enim tunc temporis una omnium disciplina, & una omnium doctrinarum ea conspiratio, & indivulsus nexus, ut qui Jurisprudentiæ dedisset nomen à reliquis scientiis non exclusus existimaretur. Idem ille qui Jctus erat, erat & philosophus, illaque omnium erat cura, ut omnia quæ civitas nosset, & quæ in ejus pertinere commodum arbitrabantur, pari, qui studiis vacabant, diligentiam excolerent universi. Ausim dicere fuisse ætatem, qua Legum, & civilium negotiorum periri hunc sapientiæ fundum sic occuparant, ut ad hos solos hanc spectasse provinciam existimari potuerit. (b) Horum domus erant

(a) Id quod ex præjudicio satis jam adulto faciunt. non dicam eruditorum vulgus; sed viri non raro bene docti & acutioris doctrinæ fama celebres, qui disciplinarum terminos, certosque fines, quos hodie cultior indoles constituit, & olim fuisse observatos opinantur.

(b) *Gell. Lib. IV. Cap. I. inquit. Veteris Juris Magistri qui*

erant oracula civitatis, unde cives & hospites suarum rerum incerti, cauti, & consilii, quo indigebant, compotes dimittebantur.

§. XXVII.

Cum itaque hunc unice Juris intendat finem prudentia, ut scilicet omnibus & singulis bene sit, ut Boni tutentur contra impios, & hi perpetrati sceleris pœnam luant, pronum est inferre, parum studio juris fuisse ad commodatam illam philosophandi rationem, quæ acutis & nihil profuturis quæstionibus de Motu Quiete, Numeris & id similibus absolvebatur. In quibus minutiis explicandis & resolvendis, qui operam ponebant, minus apti censebantur Juri dicendo. Hi enim ut umbraticis inclusi porticibus ferè nihil aliud faciebant, quam ut Syllogismos retexerent, ac de Elenchis philosopharentur; Ita vocati ad Rempublicam, nil præter intonsum caput, austeram & rugosam frontem, barbam prolixam, & pallium Metaphysicum adferebant.

§. XXVIII.

Ut etiam planum fiat multa philosophiæ dogmata Jurisconsultorum fragmentis intertextis asservari (c) illisque quibus hodie adhuc utimur legibus, re-

D 3

spe-

sapientes adpellati sunt. *Atilius* dicebatur sapiens, quia prudens esse in Jure civili putabatur. vid. *cicer.* in *Leilio* cap. 2. adde. *Pomponium* l. 2. §. 37. de orig. Jur. qui *Sempronium* ob insignem Juris notitiam à populo Romano *σφδρ* i. e. *Sapientem* seu *philosophum* vocatum refert.

(c) *In finita* inquit *Celeberrimus Just. Henn. Boehmerus* in programmate de philosoph. Jct. *Stoica in Jure nostro exempla occurrunt, qua meras conclusiones & hypotheses ex hac*

spectus hypotheticos bene multos recondi, id mihi primum dabunt, quicumque in Juris studio de allevatione desperant ex Philosophiæ Stoicæ fontibus petenda, exactam Legum Romanarum notitiam, earundemque veriores allusiones à Themidos Alumnis ignorari non posse, nec debere. Non enim sufficit scire Leges, & earum tenere verba; sed *διάνοιαν* vim & potestatem L. Scire 17. D. de legibus. Jam vero dum legerint ab Ulpiano Tit. de Just. & Jur. Splendido Virtutis Sacerdotum Titulo Jure Consultos insigniri, quam fastuosi hujus nominis allegare rationem poterunt, nisi ad elatos Stoicorum mores, ambitiosum sibi hunc characterem similiter indidisse JCtos, ex Hist. Philosoph. doctrinæ Stoicæ comper- tum habeant. (d)

§. XXIX.

philosophia continent, & inde unice genuinam suam recipiunt interpretationem Hujus, pergit observationis neglectus non potest non contortas explanationes parere, sicut quantas adhuc pepererit, res ipsa loquitur.

(d) Vid. Diogen. Laertius in Proem. & Zenon. Lipsium Manud. ad philof. Stoicam Differt. XIII. Parad. XI. *Solus sapiens Rex, μόνον τὸν σοφὸν βασιλεὺς εἶναι.* Cicer. Lib. III. de Finib. & paradox. V. Hæc Stoicorum ambitio fere ad insolentiam accedebat: Dicebant enim sapientem Deo parem. Senec. Epist. 59. inquit: *Sapiens cum Divis ex pari vivit.* Epist. 31. *Est deorum Socius.* Epist. 92. *Sunt sapientes Dei membra,* Epist. Differt. I. cap. XII. *κατὰ γὰρ τὸν λόγον, εἰδὲ χείρων τῶν θεῶν, εἰδὲ μικρότερος εἶ. λόγος γὰρ μέγας εἰ μή τις, εἰδὲ ὑψὲ κρινεται, ἀλλὰ δόγμασιν quod ad rationem mentemque attinet O! homo nihilo deterior aut inferior Diis ipsis es. Magnitudo enim rationis, neque longitudine (sive diturnitate) neque altitudine dijudicatur; sed solis decretis. vid.*

Qui *Accursius* ? Qui *Baldus* ? illam Juris investigabit prudentiæ Definitionem quæ L. 2. ff. de Legibus continetur, nisi Stoicos sapientiam definivisse, rerum divinarum & humanarum scientiam ex Seneca Epist. 89. cognoscat.

§. XXX.

Fas esse, homini hominem insidiari recte negatur L. 3. ff. de J. & J. & Papinianus ait L. VII. de Serv. export. Beneficio afficii hominem, hominis interesse. Indicabisne Lejulege, quo hoc Respectu dicatur ? certe non putem nisi Te Histor. philosoph. edoceat, à Stoicorum doctrina summam humanitatis & mutuæ benevolentiam commendationem fuisse. (e)

§. XXXI.

Hominem in fructu esse negat L. Vetus. 68. ff. de Usufr. & quem quis ut fruatur. cur hæsitatis Deci ? dictionem hujus negativæ ? ignoras ? adeas *Cicer.* qui Stoicos cætera hominum causa nata esse, & naturam omnes rerum fructus hominis causa comparasse, statuisse refert, Lib. III. de Finib.

§. XXXII.

Dixit Jctus usuras natura non pervenire; sed percipi Jure. Quæ subest ratio ? Si nescis, à Seneca (f) te

Lipsum Manuduct. ad philosoph. Stoicam Dissert. XIV. paradox XII. p. 138.

(e) *Tullius* Lib. III. de Finib. *apud Stoicos communis est hominum inter homines & naturalis commendatio* conf. *Senec.* Epist. 95. *natura nobis amorem indidit mutuum, dicebant enim homines omnes esse pares.* vid. *Lipf. manud.* ad philos. Stoic. Dissert. III. paradox. I. p. 109.

(f) Lib. VII. de Benef. c. X. p. 43. Edit. Muret.

te patiaris instrui, quod Stoicorum natio usuras vocaverit : humanæ cupiditatis extra naturam quæ-
sita nomina.

§. XXXIII.

Intervalla ætatis septenis annis Jcti distingue-
bant, annum XIV. pubertati definientes. Ulpian.
L. I. §. 2. ff. de Admin. & peric. Tut. L. Si infanti Cod.
de Jur. Delib. Recedentibus ab hoc more aliis quidem;
sed paucis admodum Caspianis scil. seu Sabinianis
qui pubertatem ex habitu Corporis dijudicabant, eo
quod a Stoicis (g) didicerant, & hi à Solone, septimo
quoque anno aliquid novi existere in humana natu-
ra, puerum enim septennem dentes mutare, in alte-
rum septennium pube vestiri, tertio septennio bar-
bam induere.

§. XXXIV.

Αυτοχειρίαν certa ratione esse licitam statuebant
Veteres Jcti, quod ne mihi sine pignore credatur,
audiamus *Marcianum* L. 3. §. 4. & 5. ff. de bon. eorum
qui ante sententiam: *Si quis autem tædiò vitæ, vel impati-
entiâ doloris alicujus, vel alia modo sibi mortem consciverit, suc-
cessorem habere poterit* per Rescriptum Divi Antonini.
& §. 5. hujus L. ultim. ita pergit Marcianus: *Pater si
manus sibi intulerit ob Filii obitum, magis dolore Filii amissi
mortem sibi arrogasse censendus est, & ideo bona ejus publican-
da non sunt.* Vi Rescripti Divi Hadriani. (h) Hic qui
ope

(g) Qui animam putabant simul cum corpore crescere,
& post bis septem demum annorum decursum perfe-
cte compleri vid. *Merill.* Lib. I. Observ. cap. 20. & seqq.
adde *Plutar.* lib. 5. de placit. cap. 24. *Tertul.* de Anima
cap. 38.

(h) Adde Paulum ad L. 34. ff. de Test. Milit. ubi ejus

ope & adjumento excluditur Historiæ philosophicæ, hoc ipso spe & opinione excidet, futurum ut fundamentum, quo Hadrianus æque, ac Antoninus nituntur, interioremque Legis sensum explicatione, attingat. Neque *Ulpianum* in L. 9. §. 7. de pecul. licere servis naturaliter in corpus suum servire : afferentem, sufficienti explicatione assequetur, nisi ex *Senec.* Epist. 70. sibi habeat cognitum, quod sapiens vivat quantum debet. *Videbit inquit ubi victurus sit, cum quibus, quomodo ? quid acturus. Si multa occurrant molesta & tranquillitatem turbantia, emittit se: nec hoc tantum in necessitate facit ultima; sed cum primum illi cæperit suspecta esse fortuna. Nihil existimat sua referre, faciat finem, an accipiat.* Nota quoque est Epicteti formula *ἡ νόστος ἡ θύρα* aperta est janua h. e. licet cuivis. exilire è vita, atque ut desinat sibi esse molestus, ceu uberius explicat *Seneca* Epist. 17. plures ex familia Stoicorum consentientes vid. apud *Just. Lipsium* Lib. III. Manud. ad Philosoph. Stoic. Dissert. XXII. atque omnino in citata lege dogma latere Stoicum assensu firmatur celebratissimorum Jctorum, *Wissenbachii* Comment. ad Tit. de Pecul. Thef. II. & *Huberi* in Eunomiâ ad cit. l. 9. Hinc lepidus est *Baldus* cujus hæc ad L. 34. ff. de Testam. Militis est Epicrisis: *Testamenta eorum qui se ipsos impatientia doloris occidunt, valere secundum Jctos, eos tamen ire ad inferos, secundum Theologos; sed ad Garaman-*

E

tas

Testamentum valere militis dicit, qui doloris impatientia, vel tædio Vitz mori maluit, & tantum abesse ut bona intestati publicanda sint, ut potius ab his qui lege vocantur vindicari posse, Divus Hadrianus rescripserit.

tas, & Indos glaciales ablegandus est *Baldus*, hac sua commentatione. Hæc verior subest ratio, quam sæpenumero adduxit *Seneca*, quod scilicet per Stoicos licuerit angorem animi effugere voluntaria morte, quam philosophicam doctrinam cum accepissent J.Cti Proculejani (i) à Doctoribus Stoicis, eandem Juri dicundo admoti, ad facta adplicare susceperunt.

§ XXXV.

Non sibi solis genitos se, aut vivere; sed in commune bonum semet exhibere volebant Stoici (k) pro Republica cunctis necem esse oppetendam, si ei sint profuturi, docebant (l) Hostesque patriæ, quiq; ad eam subvertendam venissent audacius, sine ullo esse delendos discrimine vid. LL. citatas not. (l) Atque hinc est, quod J.Cti Veteres existimaverint, non muros & propugnacula perinde firma Imperii sui monumentum-

(i) Ex quibus *Antistius Labeo* cum Exercitum ab *Antonino* fufum, ducesque *Brutum* & *Cæsium* voluntaria morte interemtos accepisset, turpe sibi putavit, vindicibus libertatis & Amicorum fato superesse. Itaque à ser-vo cui gladium obtulit, quemque mortem rogaverat est interfectus: cum civibus Jurisprudencia & fortitudine, in tuenda patria libertate, atque Amicis, in conservandâ fide plurimum profuisset vid. App. Lib. IV. de Bell. civil.

(k) Vid. *Thom. Gatackeri* in *Marc. Antonin.* Imperat. lib. τὸν οὐκ ἐκείνου sive de iis quæ ad se pertinere censebat. præloqu. de philosoph. Stoica.

(l) *Cicer. III.* de offic. *Stobæus* Elog. 37. *Marcell.* l. 35. de Relig. & sumt. & *paulus* L. Postlim. 19. §. 7. de Captiv. & postl. Reverf. Disciplina, inquit, Castrorum antiquior fuit parentibus, quam cura liberorum.

numenta esse, quam multitudo liberorum; & porro, dotatas esse fœminas ad sobolem procreandam, replendamque liberis civitatem, maxime esse necessarium. (m) Hinc est quod Filium, si patrem occidisset, qui ad delendam patriam venerat, non solum scelere exemerint; sed præmio etiam constituerint afficiendum teste, Marcello l. citat. not. 35. ff. de Relig. & sumt. funer.

§. XXXVI.

De Fœtu etiam, qui est in utero Matris Jcti nostri Veteres, proxime; atque Stoici (n) existimarunt, Non enim animal; sed portionem Ventris materni plerique illum duxerunt. Et Papinianus ait L. 9. in ff. ad L. Falcid. circa ventrem Ancillæ multa temporis admissa distinctio est, nec immerito, quia partus nondum editus, homo non recte fuisse dicitur. Neque alienus ab hac sententia fuisse videtur Ulpianus L. 1. §. 1. de Inspiciend. Ventr. (o)

§. XXXVII.

In Quæstione Specificationis, de quâ Titul. de Rer. adquir. Domin. sit ne specificans, speciei Dominus?

E 2

nus?

-
- (m) Vid. L. I. D. solut. Matr. L. 64. de condit. & dem. ubi Lex sobolis scil. procreandæ causa lata, utilis dicitur Republicæ. L. 7. §. 3. de Bon. damnat.
- (n) Qui non nasci animas; sed insinuari in corpora tradebant, teste Just. Lipsio Lib. I. physiolog. Stoic. Cap. d. t. & J. VII. non in utero concipi animam; sed extrinsecus inprimi,
- (o) Inquiens: Partus antequam edatur mulieris, portio est viscerum. Atque talem in rebus humanis non esse diserte fatetur L. 10. ff. §. 1. de V. & Pupil. Subst. interim tamen ita fingi L. 7. pr. de Ventr. in Poss. mitt,

nus? an 'qui materiæ habet dominium. Qui pro-
specificante stabant, quorum non erant pauci (p) ex
Doctrina Stoicorum acceperant; res non tam mate-
riæ, quam formæ sive speciei, atque adeo ipsius con-
ditori esse adjudicandas, cum id quod sunt res, à for-
ma ducant, sine qua materia prorsus est iners. *Senec.*
Epist. 88. ubi inquit ferè in fin. Epist. *Ligna nihil navi*
conferunt, quamvis non fiat navis, sine Lignis,

§. XXXVIII.

Proportionis Stoici Arithmeticæ erant studiosis-
simi. Crimina enim omnia æqualia putabant, & æ-
quales actiones, neque sapientiam admittere gradus,
illique deditos discriminari. (q) Ut nec vero quid
verius, neque falso quid falsius; ita nullus error, aut
peccatum alio erat eorum sententia majus. Pariter
Jure Consuliti hanc à Stoicis edocti doctrinam, in di-
judicandis factis, proportionem observare Arithme-
ticam, id quod L. firmabitur 23. (r) C. de Legat. &

Procu-

(p) Ita ut Proculejani & Sabiniani inter se dissentirent,
& utrinque pro oppositâ sententia decertaretur acri-
ter §. 25. J. de R. D.

(q) Cicer. Lib. IV. de Finib. Bon. & Mal. Edit. Lamb. p.
134. f. 2. inquit. ad Zenonis sententiam recte facta om-
nia æqualia. omnia peccata paria sunt.

(r) Quæritur in L. citat. Si quis cuidam agrum in soli-
dum legaverit, deinde alii partem ejus dimidiam,
quantam portionem primus, quantam secundus Lega-
tarius consequatur, & responderetur: Manifestum est
eum, qui ab initio duodecim uncias rei, cuidam re-
liquit, alii autem postea sex, recessisse quidem à pri-
ori voluntate, voluisse autem eam minui sex uncias,
dum alii eas obtulit, atque hoc modo computatio-
nes contrarias Legislator sapiendas censuit.

Proculejanorum in primis exemplo, qui à *Trebatio La-beonis* præceptore crimina exæquabant ad unum omnia. L. vulgar. in princip. 21. ff. de Furt. cui is, qui aurem tetigisset, alicujus totum attigisse corpus videbatur, quique dolium aperuisset, indeque parum abstulisset vini, non tantum ejus quod abstulit fur esse; verum etiam totius. (r)

§. XXXIX.

Castratos Proculejani morbosos existimarunt, (t) juxta cum illis, qui latus vel crus brevius habuerint L. 12. de ædilit. Ediçt. aut fuerint claudi. L. Eod. Tit. auctoritate Stoicorum (u) quos Lucianus (x) ait rejecisse inter imperfectos. Ideo si emtor ignorasset castratum hominem à se emtum, Labeo Proculejanorum Princeps (y) redhibendum censuit, quasi morbo contaminatum.

E 3

§. XL.

(r) Convenientes recenset casus L. c. quorum ratio interior decisiva, doctrinis Stoicorum in subsidium & illustrationem non adhibitis difficiliter cognoscitur.

(t) L. 7. ff. de Ædil. Ediçt. secus tamen contra Stoicorum sententias Leges decernunt in illis, cui dens abest L. 2. de Ædil. Ediçt. qui alterum oculum aut alteram maxillarum majorem habet, si nihil id propter ex ministerio præstando subtrahatur extra redhibitionem declarandus. Qui vero circa casus adhuc alios curiosos & ridiculos, hõc hinc inde exhibitos Titul. obvenire dissensus possunt, facili dirimuntur negotio, si inter *νανουθεϊαν* Vitiositatem *νόνου* morbum & *ἀπίωσιαν* ægrotationem distinguas.

(u) Gellius Lib. IV. Cap. I. & 2.

(x) In Evnuch.

(y) L. 64. de Ædil. Ediçt.

Naturali æquitate multum nitebatur philosophia Stoica, uti jam dictū est §. i. p. 4. ad quam cum Jcti Stoici officia patriæ, ceu aliis in complexu præstanda (z) dimetirentur, non poterant non pro communi bono ejusmodi ferre leges (a) quæ tali in casu proprium interesse posthabendum volebant. Atq; ita qui pro patria mortem oppeteret, aut pro Republica caderet in perpetuum per gloriam vivere existimabatur. vid. princip. Instit. de Excus. Tut. hinc est quod Pater amorem erga suos, studio & amoris in patriam postponere fuerit obligatus, atque ut ne Filius familias transfuga postliminio reverteretur, ne quidem Vivo patre L. obstabat 19. §. 7. ff. de captiv. & postlim. Reverf. quia pater ceu membrum Reipublicæ sic Filium amiserat, quemadmodum patria, atque disciplina etiam castrorum antiquior erat parentibus Romanis, quam charitas liberorum. Atque sic Proculejanos statuisse dixeris, quibus hæc in ore frequens erat formula: *Naturalem rationem evincere, huma-*

nae

(z) De officiis ad doctrinam Stoicorum patriæ præstandis vide sis Thom. Gatackeri in Marci Antonini Imperatoris librum aureum τῶν εἰς ἑαυτὸν sive de eis, quæ ad se pertinere censebat, præloqu. de philos. Stoica. ubi summam edisserit eorum, quæ adversus sibi congeneres etiam in complexu observanda docuerunt.

(a) quales fere sunt Tit. d. t. & J.L. 6. §. 7. ff. de Excusat. Tutor. L. 8. §. 4. ff. de Vacat. & Excusat. muner. L. I. §. 20. ff. de Quæstion. quibus non privatis tantum; sed & patriæ & principi suum esse tribuendum, nec cuiquam Mortalium Jus suum detrahendum.

ne natura magis est congruum. His autem qui ex scho-
la erant *Atteji Capitonis* sententiam quod oppido con-
trariam obverterint compluries (quo de dissensu (b)
inter utramque sectam, & inde ortis Antinomiis, pos-
terior aget Dissertatio,) quid mirum? Ex principiis
diversis, diversa necessum erat consectaria fluere,
quorum dissidium non intelligitur, nedum compo-
nitur, nisi cujusvis Sophorum Familiæ, cui quisque
erat addictus, principia contuleris.

§. XLI.

Ex eodem superius adducto Proculejanorum
prin-

(b) Cujus rarissimo opusculo de diversis Familiis Vet.
Jctor. elegantissimum decit specimen *Christianus Otto* à
Boekelen. Dissertatio erat, quam primum *Rebhanii* au-
spiciis Argentorati ventilavit Anno 1666. post, cum a-
liis opusculis, non ipse, ut *Struvius* dicit in *Biblioth.*
Jur. p. II. recudi curavit; sed Frater, id quod ex Dedi-
catione patet huic Editioni præmissa. *Lugduni Bat-*
tavorum 1678. in 12. Ex Hispanis *Don Pedro de Valasco*
& *Medivilla*, *Caji* & *Proculi*, aliorumque *Juris Veteris*
Autorum apertas rixas & implacabiles concertatio-
nes concinnavit, atque edidit *Salmanticæ* 1625. quod
Christophorus Ehemius in *libr. de principiis Juris, de se-*
ctis Jctor. promisit *Schediasma* nondum prodiit, *Ejus*
tamen vices supplere poterit & occupare defectum *An-*
dræ Ockelii *Jctus rationalis, seu de rationibus deciden-*
di Veter. Jct. *Halæ* 1704. 8. vid. *Burcardi Gotthelf Struvii*
Biblioth. Jur. Select. Edit. quintam, quam nobis aucti-
orem longe & emendatiorem dedit Doctissimus, mul-
taque ad Bibliothecam Diplomaticam, quam promisit
maturandam excitandus laude Christi Gottl. Buderus
Ducal. Biblioth. quæ Jenæ asservatur Præf. meritis-
simus, ob majorem quam Bibliothecæ impendit dil-
igentiam, dignus sui Antecessoris successor.

principio, quod communem obtendit æquitatem, hanc porro non incongrue derivaveris hypothesin: Filium non tantum Patri verum etiam Republicæ nasci, quam exhibet L. 1. §. 15. ff. de Ventr. in Possess. mittend. indeque promanantem doctrinam, quod Pater non consentiens honoribus, sive muneribus Filii, ne patrimonium suum oneri subjiciatur, non possit civem patriæ utilitatibus auferre, nec Jure patriæ Potestatis resistere, quo minus Patriæ obsequatur, obviam L. 3. §. 5. L. 14. §. 4. ff. de Munerib. & Honorib. §. XLII.

Et hic quidem nostræ de philosophia Veterum Jure Consultorum Dissertationis modus esto, in quâ, si quam politioris literaturæ Studiosis operam navavimus, erit quod nos menstrui laboris ea in re sumti haud quaquam pœniteat. Quod si autem alicubi alucinati esse videbimur, minime molestum nobis erit eorum beneficio, nos qui rectiora edocuerint, doctiores fieri, eique, qui nos errore liberaverit, exemeritve lapsu, gratæ mentis declarationem Minerval pollicemur.

FINIS.

